



**Jubilæum Sæculare Ecclesiæ Catholicæ Per Septendecim  
Sæcula Militantis & Triumphantis Contra Idololatriam,  
tyrannos, hæreses, schismata, errores, & scandala**

Per Septendecim Sæcula Militantis & Triumphantis Contra Idololatriam,  
tyrannos, hæreses, schismata, errores, & scandala ; Ex Annalibus  
Ecclesiasticis collectum Pro Xenio Oblatum Academicæ Sodalitati  
Dominorum B. Mariæ Virginis Annunciatæ Herbipoli, Anno ...

**Herbipoli, 1699**

Decas III. Ab anno 120. ad 130.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64743](#)



## DECAS III.

\* Ab anno 120. ad 130. \*

121. Varistus Papa moritur, cui Alexander succedit. Judæi iterum bellantes domiti.

\* (122. 123.) Hadrianus Imperator passim furit in Christianos. Sed sanguis Martyrum fit ubiq; semen Christianorum.

\* (124. 125. 126. 127. 128.) Furete persecutione ubiq; locorum totæ etiam urbes ad mortem pro Christo se se offerunt.

Aristides Atheniensis Philosophus Christianus Hadriano provincias lustranti librum Apologeticum pro Christianis offensum perlegeto Hadrianus placatur, & mitigationem se exhibet. Idem fecit Quadratus discipulus Apostolorum & Athenarum Episcopus, qui pro Christianis coram Imperatore orationem habuit, & plurimum ferociam ejus cicuravit. Haud minus Imperatorem impulit Proconsul Asix, quem cum eerneret multos innocentissimos homines neci tradi clamoribus tantum vulgari delatos, nec de Christianis legitima iudicia exerceri, id litteris datis significavit quibus commotus Hadrianus rescripsit.

Chris-

Ab anno 100 ad 200.

55

Christianos sine objectu criminis non esse  
condemnandos.

\* (129. 130.) \* Iterum Judæi rebelles  
animos & arma sumpserunt sub Duce  
Barchochebas cruento ac nefario præ-  
done.

Causa rebellionis fuit, quod Hadrianus Hie-  
rosolymam eversam rursus habitari jussit, in-  
dito novo nomine Ælia Capitoline, ac Jovi ex  
adverso templi ædem excitasset. Propterea  
conspirarunt iterum, atque motu suo universum  
fere orbem terrarum concusserunt. Rufus au-  
tem Praefectus Judææ auxiliaribus ab Imperatore  
copiis acceptis plurima millia Judeorum iterum  
concidit. Barchochebas, sub quo Judæi mili-  
tabant, hostis erat Christianorum infensissimus,  
¶ quotquot contra Romanos arma ferre, aut  
Christum negare recusabant, interemit. Facita-  
bat se illum esse, de quo scriptum legeretur in  
Propheticis! Orietur stella ex Jacob.

DECAS IV.

\* Ab anno 130. ad 140. \*

131. **A**lexander Papa aquæ benedictæ  
\* usum decreto sancit, qui alias  
jam pridem introductus erat. Jubet etiam  
modicum aquæ vino consecrando adhibe-

C 4

ri, &